







etque iudicia ab eorum facie auferri, non solum ignem aeternum pro omnibus illis criminibus in omnipotenti Dei oblivione commissis non merentur, sed nec eorum cum Deo amicitia dissolvitur, & contra oraculum Spiritus Sancti, lux & tenebrae, Christus & Belial convenire & simul conjungi possunt.

Contra tam infamam ac perniciosam doctrinam Ecclesia universa insurrexit, & cum laetitia excepit istam ejus damnationem ab Alexandro VIII. Pontifice Maximo pronuntiatam, velut doctrinae scandalosa, temeraria, pium animum offensiva, & erronea. (1)

Ut errores tam graves caventur, huic adhaerendum est principio, Necessarium non esse attentionem ad multitudine actionis vestrae, ut nobis peccatum imputetur.

Tam certum & constans principium libelli Anonymi Auctor inter Moralis plus aequo severas propositiones (ut ejus utar verbis) quas impugandas suscepit, per summam temeritatem numerare ausus est. (2)

Totam hanc materiam implicat ipse, (3) confundendo ignorantiam facti cum ignorantia peccati, ignorantiam juris positivi cum ignorantia juris naturalis; & ex ipsius verbis nil aliud colligi potest, nisi illum carere communioribus Theologiae notionibus aut perniciosissimos errores in Morali renovare velle.

Satis autem erit vobis reperere principia ab omnibus recepta, quam ut ullum in re tanti momenti dubium superest.

Omnes Theologi distinguunt ignorantiam facti ab ignorantia peccati. Inter eos convenit, eum, qui hominem occidit putans se occidere feram, homicidium libere non commisisse, & ratione ignorantiae excusari a peccato. Verum longe alieni sunt ut sentiant, eum, qui sciens ac volens hominem occideret, aut homicidium licitum existimaret, aut ad homicidii malitiam non attenderet, peccati non esse reum.

Quia voluit, fecit, inquit S. Augustinus, (4) etiam si non quia voluit peccavit, nesciens peccatum esse quod fecit: ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed voluntate facti, non voluntate peccati, quod tamen factum peccatum fuit. Hoc enim factum est, quod fieri non debuit.

Omnes Theologi consentiunt insuper, leges positivas invincibiliter ignorari posse, & eorum violatores in hac hypothese reos non esse. Verum omnes ii, qui Scripturis & traditioni adherent, propugnant tamquam veritatem inconcussam, principia communia juris naturalis invincibiliter ignorari non posse, & illam, qui homicidium vel adulterium patravisset, aut quodvis hujus generis crimen, excusari nunquam posse eo titulo, quod crimina legi naturali contraria esse ignoraverit, vel ad id non attenderit. Sola cordis corruptione factum est, ut nesciverit, vel non attenderit ad veritates, quae natura lumine omnibus innotescent, cuiusmodi illae sunt, quae in Decalogo continentur. Quod vobis exempli gratia proferimus, ut a quaestionibus graves inter Theologos controversas abstineamus. Quod si damanda praevaricatio est agnita veritati resistere, hujus cognitione privati mores tantum corruptissimi, ac vita admodum flagitiosa merentur.

Omnes, inquit S. Thomas, (5) tenentur scire universalis juris praecipua; singuli autem ea, quae ad eorum statum, vel officium pertinent. Ex quo sequitur, quod si ignorantia sit eorum quae scire tenentur & potest, talis ignorantia non totaliter excusat a peccato.

Hoc principium praeaudati S. Doctoris, quod vobis proponimus, ceu unum e fundamentis Moralis Doctrinae, a Patribus traditum est, & ab antiquis Scholasticis positum, quorum testimonia & rationum momenta inventis collecta in Responsis Moraliibus Comitoli, Societatis Jesu Theologi.

Et hoc unum principium sufficit ad evertendos omnes errores, quos vobis jam exposuimus, necnon quicquid ad eorum renovationem in libello Anonymo tendit.

Ambitio.

Esti perniciosus principis scateat praefatus libellus, nihilominus Morali Christi Domini rectisque Regulis nihil magis adversatur, quam id quod de ambitione Anonymus scribit. (6)

Ignorat ipse, vel contemnit quicquid Ecclesia de necessitate Vocationis ad Beneficia nos docet, omniumque Sanctorum regulas, eorumdem exemplis confirmatas circa fugam Dignitatum Ecclesiasticarum.

Stupor illorum, qui tam formidandorum onerum periculis non tenentur, & aliorum plurimorum praesumptio, qui se facris illis numeribus patres tempore existimant, non videntur illi dispositiones, quibus postulantur respenitus reddantur.

Verbis Apostoli cum scandalo abutitur, ut persuadeat licitas esse ambitiones Curae Parochialis aut Episcopalis.

In pulpitis insignioribus concionari intuitu pervenienti ad Episcopatum, videtur eidem legitima via ad eam dignitatem. (7) Insuper juxta hunc temerarium Scriptorem, dignitates in Ecclesia, quae eminentiorem sanctitatem requirunt, debita sunt ambitiosis, qui profanant Evangelicum ministerium ut ad eas ascendant.

Injuriam Episcopis deinde irrogat, (8) cum supponit, Sacrarum Ecclesiae regularum eos adeo esse immemores, ut Beneficia cum animarum cura Domesticis Clericis vulgo conferant, qui ideo in eorum familia manent, ut illa obtineant. Ex quibus loquendi formulis colligi potest, Anonymum approbare hujusmodi Collationes simoniacas.

Tandem quicquid hac de re ipse dixerit, proprie ac vere est publica lectio avaritia & ambitionis, qua omnes regule contemptis & humilitatis, quas in Jesu Christi Schola didicimus, penitus evertuntur; & contemnitur quicquid Sacris Canonibus praescriptum est de aditu Beneficiorum, quae adnexam habent curam animarum.

Invenietis in articulis 8. p. 10. vera principia, opposita falsis propositionibus libelli circa peritiosas hujusmodi Beneficiorum, hinc propositiones hujusmodi Auctoris hac in materia resicite tamquam scandalosus errores, quibus omnes Ecclesiae regule, & documenta Sanctorum destruantur.

Conclusio.

Ex his quae de prava doctrina hujusce libelli retulimus, procul dubio judicabitur, nos silere hac in occasione nequaquam potuimus, nisi praecipue Pastoralis nostri Officii parti deesse vellemus.

Nobis pretiosum Doctrinae depositum concedendum est, & tolerare non possumus errores, quibus Moralis Christianae sanctitas, aut Dogmatum puritas corrumpitur; nisi Depositi fidem violamus.

Quo magis memorati errores puritatem Evangelicae Doctrinae oppugnant, eo magis ipsis obstandum est dissolutis hujus temporibus, quibus optime conveniunt verba Apostoli: (9) Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustulerint, sed ad sua desideria conservaverint sibi Magistros pervertentes aures.

Nos vero firmiter adhaere doctrinae quam vobis tradidimus, ut positus eos qui contradicunt arguere, juxta monitum praeaudati Apostoli: (10) Amplius tenet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermone, ut perna sit exortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

Cum dubia vobis occurrant, quae jure naturali vel divino solvi possunt, Sacras Scripturas, nec non SS. Patres eorum interpretes consulite; & nolite audire recentiores Casuistas nisi quatenus eorum opiniones Sacrae Scripturae & traditioni nituntur; pro nihilo habentes eorum auctoritatem, cum sua dumtaxat commenta suaeque visionis proferunt.

Cum autem de illis quaestionibus agitur, quae positivis legibus dirimuntur, cuiusmodi sunt Censurae, aliaque hujusce generis argumenta, tunc plus illis tribuere potestis. In eorum Operibus exposita invenietis quae in posterioribus Legibus Canonis fuit obscura; & ab eisdem discetis praesentem Ecclesiam usum circa Casus, quos Leges praevide non poterunt.

Ne autem doctrinis peregrinis abutiamini, (11) summam reverentiam erga Sanctam antiquitatem semper conservate, illi pro viribus studeat, praesertim ut ex Sacris ejus monumentis discatis munera & officia vestri status. Sacrum Tridentinum Concilium renovavit antiquos Canones de vita Clericorum; id certe incitamento vobis esse debet, ut Canones illos, Spiritus Dei conceditis, & totius mundi reverentia conservatos, (12) memoria commendatis, ut eorum semper spiritum sequamini, etiam cum illos ad litteram observare non valeatis.

Denique ad vitandum perniciosas laxitates, novissimis hujusce temporibus adinventas, & recentioribus Theologis traditas, alte animis vestris insinuat Regula illa Vipsentini Lirinensis, quae Motum aequo ac Mytheriorum

(1) Decret. ser. 5. die 24. Augusti 1690. (2) Ind. pag. 12. (3) Diffic. pag. 19. & 20. (4) Lib. 1. Retract. cap. 15. (5) 1. 2. quaest. 76. artic. 2. & 3. (6) Diffic. pag. 12. 13. 14. (7) Diffic. pag. 12. (8) Pag. 13. (9) II. ad Timoth. 4. 3. (10) Ad Titum. 1. 9. (11) Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Hebr. 13. (12) S. Leo in Epist. ad Anastas. Thesal. c. 4.

rum fidei doctrinam spectat. (1) Annunciare aliquid Christianis Catholicis praeter id quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit; & anathematizari eos qui annunciant aliquid praeter quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit.

Datum Rothomagens in Palatio nostro Archiepiscopali, die 28. Martii 1697.

JACOBUS NICOLAUS COLBERT Archiepiscopus Rothomagensis.

De Mandato Illustrissimi Domini Archiepiscopi GREBAUVAL.

EPISTOLA PRIMA.

Illustris cujusdam Matrone alteri Erudite Matrone data.

Multa tibi habetur a me gratia, quod duos mihi huiusmodi acceptissimos ad me missi Libellos, Difficultates Illustrissimo Domino Archiepiscopo Rothomagensi Proposuit, & Doctoris Responsum perlegi, huiusmodi Opusculorum Auctoris multum me debere scire, propterea quod se inter gallico sermone nostro conscriptam Theologiam voluerit insinuare concertationem; ut, si quae ex nobis sunt, quae eruditae res sapient, iudicium valeant de eorum disputationibus proferre. Porro statim ac semel Difficultates pervolvi, quandam primo intuitu splendidam veritatis speciem habere mihi visus est eorum fabricator; at Responsi Auctor falsos illi Opusculi splendores, quos merito illis dixeris similes, qui ex errantibus ignibus procedentes praecipitem vitorem agunt, oblatit, obscuravitque; vanitatem enim, & ignorantiam, quibus scateat, solida nervosaeque ratione detexit. Horum Auctorem uterque mihi adultis delectationem; sed Responsi Scriptorem me insuper edocuit: & quoque sunt solertes ingenio homines, literis excoliti, & pietate praediti, omnes eum videtorem praedicunt. Hic autem ultimo elapsis diebus selecti viri apud me fuerunt, quorum sermones libenti animo audivi, Abbas... nimirum, & P... Jesuita, cum quibus etiam fuit & Marchionissa... & Praefidis Uxor... Et tum illi, cum istae de Libellis illis differentes plurimum omnibus, quotquot tunc simul conveneramus, loquendi argumentum praebuerunt.

Primum omnium verba fecit Abbas elegantem venustate sermonem suum exorans, Dux, inquit, in Christi Ecclesia sunt Theologorum Moraliu classes, duae veluti hostium inter se dimicantium instructae copiae; quarum altera in Moralis severa praesidium est, altera vero benignam tuetur. Descentes Sorbonici, PP. Dominicani sub S. Thome vexillo in aciem posito, PP. Idem Oratores, & illi, quos Congregationis Missionis dicunt, & Benedictini, atque S. Genovefae Canonici suam singuli in Exercitio Domini Legionem constituunt; Jesuitae contra foli agmen parant viginti quatuor Legionibus constans, quarum unaquaque suis singulis subest senioribus; nisi quod Diana, & Caramuelius Jesuitis sincero federe conjuncti in Moralis benignae propagationem ad eos auxilias cohortes duxerunt. Cardinalis de Camus, Lucipolitanus Episcopus, olim Jacobus de S. Beuve, eruditus quidam Ecclesiasticus de Merbes vocatus, atque P. Alexander suis in operibus rigidioris Morali, mirioris vero PP. Escobaris, & Baunius, atque Auctor Apologiae Casuistarum, & Amadeus Guimenius praecipui Patroni sunt, & notissimi.

Auctor Responsi ad Litteras Provinciales, aut Dialogorum Clandesti, & Eudoxi, Auctor item Difficultatum Rothomagensi Archiepiscopo propositarum in Theologiam Moralem P. Alexandri famam, existimatio nemque sibi parere studuerunt. Et R.P. aliquid novi adferre possent nobis de hoc voluntario milite, de hoc nempe difficultatum Conditore; nemo enim est, qui, quin de Societate Jesu ipse sit, in dubium revocet.

Bonus tum P... respondit, duos Domorum, quas Rothomagi Societas habet, Rectores Illustrissimo Domino Archiepiscopo fuisse testatos, suaque verba Jesuitarum fidem per jurejurandum firmasse, de Societate nequam esse difficultatum illarum Auctorem; eum tamen, quisquis demum ipse sit, evidenter ostendere, Moralem P. Alexandri Theologiam nimia severitate Nat. Alex. Opusc.

laborare, ejusdemque opiniones minime posse in prax observari.

Hunc ego Libellum legi, Abbas addidit; quem dum legerem, ejusdem Auctorem sum miseratus; principium siquidem, & finis illius, quantum sit & Operis, & Auctoris meritum, satis superque demonstrat. In Nihil enim gratiam incipit, & in Nihilum omnis definit scriptio: ita quidem ut nullius momenti & Opusculum sit, & Opusculi Auctor.

At quid? P... reposuit. An non hujusce Libelli Auctor certiores nos reddidit, austeriora, quam aequum sit, P. Alexandrum, ubi de Ludis (2), moralia dogmata elocere? Ad quod Abbas, vester, ait, Auctor exiguus, quum immunes a peccato facere velit Ecclesiasticos homines, qui aleatorios ludos spectant, se ludis aperiorem, quam moralibus disputationibus exhibuit: quamvis non fortunatior in illis, quam in istis esse videatur. Continuata quinque chartarum series, quam quintum vocamus in ludo illo, qui vulgo piqueus appellatur, ea fuit, quae in victoriae spem illum adduxit, at fallaci hac spe deceptus periclitatus est lusorem. Rejunctio enim inconsulto ab ipso facta Sanctorum Scripturarum, Ecclesiae Patrum, Sacrorum Canonum, rationis denique, rectique hominum sensus in causa fuit, cur in omnibus chartarum jactibus devinceretur, lusoremque profus deperderet; nec, de se redimendo eum amplius cogitare arbitror.

Post hac ad Abbatem conversa Marchionissa quid quaeso, inquit? Patres ne, grave te patrare peccatum, si, dum nos chartis lulimus, tu adspicere delectaveris? Id si crederes, nimis Rigorista profecto esses. P... non tam scrupulosam conscientiam haberet, & libenter hoc admitteret peccatum, ut gratum faceret Matrioni. Nullum hac in re, quae innocens profus est, alea peccatum, P... subiunxit; & Abbas, ejusque Doctor unum non habent Auctorem pro hac, quam ipsi tuerentur, opinione.

Non equidem unum pro nobis Auctorem habemus, ait ad P... Abbas: mille, & ducentos enumeramus; totidem enim sive Episcopi, sive Abbates erant, qui Oecumenico Concilio Lateranensi sub Innocentio III. celebrato interfuerunt (3). Hoc poro Concilium suis in Canonibus (4) de Clericorum Reformatione loquens prohibet, ne Ecclesiastici Viri aleis ludant, aliove aleatoris ludis ludentes adficiant. Si omnes Sorbonici Doctores, omnes Societatis Theologi Morales, qui se se minoris illis non aestimant, annos crederes alia examinandum simul convenirent, autem crederes eorum defensionem? Porro dic mihi quaeso: Generale Concilium, cui ipsemet praesit Papa, quod totum representat Ecclesiam, atque a divino Spiritu dirigitur, non erit omnibus Casuistis praefendum?

Tunc Praefidis Uxor Abbatem alloquens, non sunt, ait, canonum rumoribus afflictae Matrone; quae potius jure civili utuntur. Canones, subdidit P..., non uliveniunt, neque hujusce temporibus possunt tuto ipsi niti Theologorum Moraliu opiniones. Quid tibi velis, intelligo, Abbas regessit; non amplius nimirum, ut tuta in Moraliibus Disciplinae statuatur regula, Ecclesiae Patribus, Conciliorum, Pontificumque Decretis, esse auscultandum, sed recentioribus Casuistis dumtaxat adhaerendum. Hac sunt tuorum Auctorum toties a celebrioribus Facultatibus, & a Romanis Pontificibus damnatorum principia. Si vin non amplius Canones habent, undenam Doctores argumentum desumunt peccato notandi usuram, simoniam, & Pastorum a propria Ecclesia absentiam? Undenam Praelati Ecclesiasticis Viris interdiciunt, quominus five famulatus, five contubernii causa juvenes mulieres apud se habeant? Et cur coactibus legi eos esse obstrictos, volunt? Sola hanc legem Canones tulerunt, quibus hujusce temporibus niti tuto non posse Theologorum Moraliu opiniones, asfirmis. More ergo Graecorum vivamus. At vero comperit jam habemus, quam Societatis Moralia principia genuerunt, & adhuc gignere possunt, in Ecclesiastico statu perturbationem.

Mihi videtur, ait tunc Praefidis Uxor, vigere adhuc, & abtingere Canones, qui ad Ecclesiasticorum mores pertinent. An non enim Canones Ecclesiasticorum regule sunt? Sicut itaque Religiosus homo culpa non vacaret, qui, ut se ab observatione praecipuarum sui Ordinis regularum eximeret, eas affirmaret hujusce temporibus non obstringere, & contra leges illas quae fervoris nascentis Ordinis aptae essent, non vero huic, quo nunc vivimus, faculo, vigere praescribendum; ita videtur mihi, non esse, Pater mi, auscultandum, quum non vige

(1) Commentar. cap. 9. (2) Epist. 3. de peccato Clericorum aleas ludentium, aut ludos aleatorios spectantium. (3) V. Mattheum Paris, & Tom. XI. P. L'Abbe de Concilio p. 338. (4) Can. 16.

gete amplius Sacros Canones, nec ipsos tutam posse reddere nostro hoc ayo Theologorum Moralium opinionem, iustas, Ecclesiasticae ne regula sua, ut obferuaret, tempora habent, sicut sua nostra: mulieres habent confectioes?

Melior fieri dicitur nequit, & re quidem ipsa certum est, iniqui solentem, rectumque uerum sentum non adici conditioni, vel seculi, illis enim illud sit femina non minus, quam uiri, illis enim illud sit iorem ipse sibi metipsis famam comparat, quoad iofertes, scientesque sunt, quin eruditi uideri affectent, & quando modestam, atque pietatem propriis adiungunt cognationibus, sicut ues factis Matrona perillustres. In istarum numerum describi non ego quidem meo habeo, quo aliorum animos alliciam, mentisque in me conuertam. Legi admodum pauca, & que exigo ingenio meo sunt accommodata, necessariusque ad mentem instructionem, cum delectationem. Quod uero pietatem attinet, nullo modo sancta sum; multum enim mihi est, si meliori, qua possum ratione Sacra in-terum.

Non haec est parui momenti res, subdit Praefidis Uxor; factum enim bene interesse magnum est Religio-nis munus. Sed explicita non nihil nobis, Abbas, quid, ut bene a nobis Missa audiatur, agamus oportet. Etsi uera illorum opinio, qui eam in statu gratia audiri debent, arbitrantur? Auctor Disquisitionum P. Alexandri huiusmodi opinionem ad iudicare videtur: illam uero ab eis vincit Auctor Declarationum. Hanc porro citat rem quamquam Auctor Sententia tua? Quamquam P. A. sententia? Peractum mihi est, Abbas primo respon-dit, statum peccati esse necessarium, & debere fideles a lethali peccati affectu liberos esse, ut bene Mis-sam audiant. At contra P. . . ecce, ait, durior P. Alex-andri Moralit. Melius quid est in hoc statu esse, dum Missa auditur; aut hoc consilium est, non praecipuum. Ut Ecclesiae praepo. satisfactum, sufficit altare Mis-sae, Deumque precari, quicunque tandem sit interius animae status.

Non recte opinaris, inquit tunc ad P. . . Abbas, nec ad Jesu Christi praecipuum animam, profecto aduertis. (1) Si offeri minus tuum ad Altare, & ubi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, re-lingue tibi munus tuum ad Altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeret tuum. Porro sumus ne Deo minus, quam proximo debitoribus? Debemus ne minori alicui deiderio Dei gratiam recuperandi, & nos ei reconciliandi, postea quam lethalius peccatis illum admodum offendimus, quam fratribus nostris, postea-quam eis de nobis conueniendi occasionem praebimus? Si ergo prius fratribus nostris reconciliari obstringitur quam munus nostrum ad Altare offeramus, multo equi-dum magis reconciliari debemus Deo. Quo semel ad-misso, dico quae mihi, qua de ratione Ecclesiae iubet, unumquemque nostrum Sacro interesse, nisi ut munus nostrum ad Altare offeramus, offeramus nimirum Deo simul cum Sacerdote corpus adorabile, & pretiosum Jesu Christi Filii eius sanguinem, offeramusque nosmetipsos Deo hostias uiuentes? Reconciliemur prius itaque Deo, oportet, si ea ratione, qua debemus, Sacro interesse volumus.

Confiteri ne ergo, interrogauit tunc P. . . toties pro-pterea peccata nostra debemus, si aliqua noxa sumus maculati, quoties alicui nobis in animo Missam audire? Hoc non ego affirmo, Abbas respondit: Opus tamen est nosmetipsos ad Deum per contritionem adum resili-tuere, eum amare incipere, peccata nostra, quibus in-finitam bonitatem eius offendimus, horrere, petere ab eo conuersionem nostram per Jesu Christi merita, con-stanterque statuere in meliorem deinceps mutare uiven-di rationem, atque patrata scelerata confiteri.

Janfenitarum furore agitaris, dixit ad Abatem Pa-ter. . . An non sufficit timor ad hoc, ut ad Deum con-uertamur? Et si quis amor gradus est necessarius, an non satis amor ille est, qui nostrae seruiens utilitati adest ipse sit, non uero charitatis? Janfenista es, ite-rum dico, & erroneam amplectens opinionem, sicut amplectari eam sunt & P. Alexander, & eisdem Apo-logista. Janfenismi phantasma, nostram perpetuo exa-gitat, perturbatque imaginationem, inquit Abbas: Jan-fenista minime ego sum, sicut nec est P. Alexander, nec eius defensor sum Thomista, sicut & ipse. Nemi-nem latet, me ex animo damnare quinque Janfenista-rum propositiones eodem modo, quo eas & Innocentius III., & Alexander VII. damnant; Uniuersitatem Terrarum Orbis, me Bulla Pii V. adhaerentem omnes

eroneas Michaelis Bili propositiones damnare, non ignorat. Formulae subscripsum, & praesto sumus et te-rore subscribere, si Romanus Pontifex, vel Episcopi nostrates id iubeant. Vixit tunc Theologus Janfenista-huc Janfenista? Orbis totus Janfenistam plenus est, P. . . dixit; Janfenista enim sunt omnes seueri Moralis Patroni qui Ecclesiasticos optime nota uiros Episcopo-tur, aut Beneficia Curata petentes, christianosque non edentes, quam frequentissimos possunt, actus amoris Dei, damnant, qui uivum admittunt peccatum, audien-tionem nimirum Missae cum lethali peccato, audien-tionem nimirum in tali statu susceptionem; qui nos, dum opinionem sequimur probabilium, tuta conscientia esse posse, negant; qui denique uerborum aequiuocorum usum profcribant. Doctores isti omnes, meo iudicio, Jan-fenista sunt; idque ratum, decretumque in Societate ha-beamus.

At nunquam suis ferocinationi profecto esset, ait Marchionista, si, vos per omnes difficultates excurrere, si nermus. Nimirum rerum copiam complectimini. Tou-tura; & Beneficiorum petito ad vos spectant; alia non ad vos magis, quam ad ceteros christianos pertinent. Meo sum ego Beneficio contentus, Abbas inquit; scientiamque mihi esset admodum perturbata, si illud pe-tilissim, quod solus Regis clementia me debere testor, qui manu proprio in me illud conferre dignatus est; & quam longissime possum, certe absum, quin alia ex-ceptum. Est enim periculum mihi, ambitionis, & simo-niaci lethale peccatum esse Beneficiorum Curatorum quo-finetipso petitionem. Et S. Bernardus (2) affirmat, iam esse ad Dei iudicium damnatum, qui Beneficia pro te perit, illumque suspensum, pro quo ipsa petuntur; S. Thomas (3) docet, Beneficium esse indignum, qui illa pro te postulat; & S. Basilius (4) scribit, nos de-bere a Deo uocari in sui ministerium, nec posse nos me-ipsos, eo non uocante, dignitatis Ecclesiasticis, ani-marumque Cura miscere.

S. Antoninus autem Florentinus Archiepiscopus (5) uult, Episcopatum, Beneficiorumque Curatorum peti-tiones esse aequae peccaminosas; ait enim: *Hinc opinio-nem* (quod nemo huiusmodi Beneficia pro te peti li-quet) *sequi uidentur Curiales; sed quia Doctores, & contrarium dicunt, sanctitate, & scientia Theologiae, & iuris sunt longe praestantiores, ita non uidentur tunc pra-dicta opinio, nec sequenda.*

Si SS. Antonini, Thomae, & Ecclesiae Patrum senten-tia, quorum testimonia P. Alexander adfert, certior est, propria quidem periclitaretur salus, contraria dum sequeretur opinio; licet Casuista ejus Auctores parere eidem quamdam possent probabiliter. Enim uero quanta-tamenque sibi vindicent Scriptores isti auctoritatem, eorum stare nequit opinio, si ei SS. Patrum, quoque ceti suos Doctores, & Magistros Ecclesiae sequi gloriatur, contradicit sententia. Vos in meam descendens opinio-nem, Matrone; & in super puto, R. Patrem. . . liben-ter nobiscum in hoc conueniunt, nos nimirum uitam nostram in discrimen offerre, eamque minime amare, quousquequod ad bibendum erare nobis oblato urem-mur, quem probabilius iudicauerimus ueniam, etiam si uero alia ex parte ueniamus illum non esse, sit pro-babile. Quando ergo de diuina legis adimplerione, de conscientiae debito, de magno aeternae salutis negotio agitur, quod certum est, incerto reiecto, amplectamur oportet. A Patre. . . petite, an P. Tyrus, inquit, Generalis Societatis Praepositus hanc sententiam in suo, quod Roma typis mandauit, de Probabilitate Opus-tueatur. Hunc enim Virum Janfenistam uocare ille non audebit: ridiculum siquidem admodum esset, Janfenis-tam esse totius Societatis Jesu Praepositum Generalem.

Negari nequit, P. . . inquit, Generalem Societatis no-stra Praepositum, sequi oportere probabiliorum opinio-nem, affirmasse; aut parum absuit, quin Societas eum e Dignitate sua amoveret ob hanc, quam reuoluerit, sententiam, qua Janfenistarum propria est. Etenim Car-dinales Ordinis Praepositorum, & de Arguere, Sacri Pa-latii Magister, S. Officii Commissarius, ipsique Prae-di-catorum Ordinis Magister Generalis, Opus ipsius uoti fuissent, fuisset illud profecto impressum: sicut & in Au-ctorem Societatis seueri animaduertissent, nisi Hispania Rex illi fuisset patronatus, fauoremque Romani Pontificis ei conciliaisset. Ceterum in sui Opus Praepositorum aperte de-clarat, se eum Auctorem priuatum, non uero eum Prae-positum Generalem sine Societatis, hanc sequi opinio-nem, nec uoluisse unquam suos subditos obstringere, ut eam amplecterentur.

Hec praefatio, & declaratio, inquit Abbas, opus nos

non est P. Tyrus; nullum enim illius, quod dicit, in Romana Opus editione reperitur uestigium; & ueltra Societatis Patres addidit huiusmodi in editione Lugdunensi ipsi fecerunt. Uos illum contra propriam opinionem loquentem inducite, utpote qui ferre non potestis, eum de ueltra Morali reformatione cogitasse.

Tu nobis, ab Abbatem inquit Praefidis Uxor, curio-sa enarras. Quae de Beneficiorum petitione, & de probabili opinione uisui aduulsi, nobis summopere placuerunt: ad nos uero aequae, ac ad uos reliquum pertinet. Quantum autem ad me, nunquam ad Janfe-nisimum me habere uoluntatis inclinationem, fateor; si idem est Janfenisimum amplecti, ac credere, debe-re nos & a Deo nostrorum peccatorum remissionem petere, ut bene Michiam audiamus, & quam frequen-tissimos possimus, diuini amoris adus elicere, & ab aequiuocationibus adhibendis abhorere. Probi siquidem Doctores sint oportet Janfenista, qui, meliores nos fide-si, sanctificarique, docent. Enim uero si Casuistarum nonnulli affirmant, neminem obstringi ad actus amoris Dei, quam frequentissimos potest, eliciendos, nec ad uerborum aequiuocationem eo modo declinandam, quo sunt eligenda mendacia; & si contra plures Doctores eruditione, pietateque conspicui opinionem huic aduersam tradunt: certo mihi persuasum est, me periclitari nihil, si illorum doctrinam exequor, plurimum esse arboris periclitari, si opinionem amplector mitio-rem Casuistarum, benignioris Moralis. Melius ergo esse arbitror certum, incerto reiecto, sectari, sicut mox Abbas dicebat. Si enim Deus inuis uirtutem actus est, in quo peccare excessi nunquam possumus; quod-nam nobis periculum est, si, quam sapienter possumus, diuini amoris actus nos elicere debere, credimus? Et contra eum amare, quantum ab unoquoque nostrum debet esse amari, an non est difficilissimum?

Tu tamen, Pater mi, tunc dixi ego ad Jesuitam nostrum, tu satis esse affirmas, quod Deus a nobis nostrae utilitatis intuitu ametur, nec esse necessum, ut amore beneuolentiae diligeret. Hanc quom semel audi-uit doctrinam, eam me horruisse fateor, & eam non minus Marchionista, Praefidis uxori, quam mihi, displicuisse sent. An non merito ea nobis displicuit? Marchionista ait. Satis ne esset nobis, si uiri, filiique nostri a propria ratione utilitate ducti nos amarent? Sui ipsius causa, ait illa mea Marchionista castello, etiam Tiris Dominam suam amat. An non res ipsa uerum est, Tiris, te non eam unquam amaturum, si sua in-te non conferret beneficia? Adipice, mi Pater, quomo-odo hoc animalculum Dominam suam circumciet, quomodo ab ea blanditris suis ossas, & dulcia quaque exprimat, quae ei dare ipsa solet. Hoc itaque modo debemus ne nos Deum amare? Aut, si Tiris non tibi satis opportunum uideret exemplum, putatne, nos Deo nostra lolere debita, si eum merencationem instar amamus, non uero ut Patrem filii amare tententur? Et illi omnes, qui contrarium sentiunt, sunt Janfe-nista? Si ita se se res habet, etiam ego, Pater mi, & quando uixero, & mortis meae tempore Janfenista ero. Non enim putarem, me in statu salutis esse, si non nisi merencario amore Deum diligerem.

Quoad uero uerborum aequiuocationes, eas magni uisus esse non distico. Innumera euitantur & mole-stae, & importunae uisitationes, dum famulus iubeamus, ut ad nos aduentantibus, nos domi non esse dicant, sed quoniam Diabolus est, qui aequiuocationem usum introduxit, & ipse praepo. loquendo mendacia sunt, sicut Declarationum Auctor demonstrauit; ego impo-tunas potius suffrem uisitationes, quam meis praepo-re famulis, ut, me non adesse, affirmarent. Nollem enim nec mentiri ego, nec occasione domestice meis mentienti praebere, etiam si ueritas Mundi diuitias lucraret. Ut postem, ita monades odio habeo.

Id est optime factum, P. . . inquit: aut aequiua-ciones, & restrictiones mentales absolute damnari non debent; mendacia enim non sunt; nec est nisi illis utendi modus, ad quem animaduertentiam oportet. Quid tua uerba significant, intelligo, Abbas inquit. Significant profecto, innocentem aeternam adesse regen-dit ueritatem, innocentem aeternam adesse regen-dit ueritatem, homineticque fallendi uerbis duplicem a- uocaciones appellatur. Quae in hunc, amphibologie, aequi- uocaciones appellatur. Totum in eo consistit, quod apte mentiri edicamus, & his loquentis modis minus odiosum nomen, quam nomen mendacii sit, tribua-mus. At si natura rei perpendatur, idem omnino est: parum enim interest, quodnam nomen peccato tribua-tur; eo siquidem nunquam fit, ut eisdem diminuat malitia. Quidam in Clerum ante Innocentii III. & Alexandri III. Pontificatum inualitus introducus fue-

rat abusus, quo Episcopi nonnulli Paschatis tempore ab omnibus, qui in suis Diocesis Beneficia curata obtinebant, quandam pecuniam contributionem expo-sulabant ob Infernum Oleum, quod ut consequerentur suas in Parocias adportandum, ad Cathedra-lem sese conferrebant Ecclesiam, & Tributum hoc *Christianum Pecuniam* appellabant. Pontifices, & Con-cilia quum ut simoniacum Tributum huiusmodi dam-nasset, Episcopi illi auri cupidi mitiorem inuenerunt illud appellandi modum: alii enim *Cathedralium*, id est Episcoporum jus, illud uocare; *Paschalem Pecuniam* alii denique, ut adhuc rem minus odiosam red-derent, solutionem huius Tributii, quae antea solo Paschatis tempore fieri consueuerat, tertia quadragesi-ma hebdomada deinceps fieri expollarunt, eamque *Diuidia Quadragesima* Morem appellauerunt. Alexander III. & Innocentius III. hanc praexim, cum deestabent simoniam, damnant; nomini enim rerum naturas non mutant. Quod Legi Dei est aduersum, perpetuo peccatum est. Omne uerbum ueritati contrarium, omni-neque id, quod non fuggerit ueritas, est mendacium. Porro ueritas aequiuocationes, quae eam tegunt, ne-ququam permittit; sicut castitas adulterium non sinit, ataque, quae eam corrumpunt, uitianteque, impuritas. P. Alexander id in Theologia sua Morali demon-strauit; eisque defensor resellit Auctorem Respon-di ad Litteras Provinciales de hoc articulo uerba facien-tem; & ita quidem eum confutauit, ut nullum am-plius dari queat huic consultationi responsum. Ceterum suum oraculum pronunciauit Ecclesia, & Innocentii felicitis recordationis Pape XI. ore aequiuocationem, restrictionemque mentalium usum anathematizauit. Est propterea huius rei, ceu desperatae cauae delin-quentia peroratio.

Et enim, hic didis, discedendi facultatem sibi pe-teret Abbas, uale, ei dixit Pater. . . ut amplius Jan-fenista sis, te oro, precor uos. Non est ille quidem, Uxor Praefidis subijunxit; & si esset, eius morbo re-medium inueniremus mittentes illum ad uestram P. N. N.; qui cum confestim miseret, Ioculus hic dicen-di: modus causa fuit, cur paullisper adhuc Abbas con-fisteret; & diceret: Cur non est mihi illa mentis fol-ertia, ingenitue uena, quam habuit De Molie-re? Opusculum conscriberem acuriobis conditum salu-bus, quam illud sit, quod sub titulo *Medicina Janfe-nista* tui ipse edidit. Quodnam esset? ait Pater. *Janfe-nista malgre tui*, Abbas respondit, quod de Moliere non est ausus conscribere. Ipse enim Orbem uniuersum, si solum excipiantur Jesuita, iocum, uisumque fecit: idque et bene profecto fuit; nam illos nisi excepisset, non ei fuisset enuenerit. Et hic, ut discedere posset, nos ualere iussit, uti ego; Non equidem dice-des, donec hoc nobis non explicaueris mysterium. Et ille: quoniam sic iubes, uobis illud breuiter aperiam. Perraultius Academiae nostrae Socius Virocum illustrium Regni huius eologiae euulgauit, Arnaldus, & Paschalis suum, & iure quidem optimo, in Perraultiano Cata-logo locum occupant: Baptiste, & de Moliere in illo, ceu illustres in genere suo Scriptores, suo ambo loco recententur. Erat jam suis formis liber Regis privile-gio excussum, erantque incluprae icones; & in uulgu edii, quartus jam nunc agitur mensis, Opus debebat. At Jesuita tor, tantisque lapides apud Regni Proce-res mouerunt, quot, quantique fasti essent, ut Aucto-ri, & Typographo iuberetur, quod Arnaldi, & Pas-chali de libro nomina delerent, corumque eologia ex-punguerent. Ex eo quomodo docti uiri isti poena fue-runt post obitum adesti; eo quod Jesuitis non blan-dientes ad uoluntatem eorum non fuit locuti. Sicut nemo poterat in Superum numerum fontium apotheci apud ueteres Romanos referri, nisi illi Senatui place-ret, ita nisi Jesuitis placeat, nemo unquam locus post-erit inter illustres Viros haberi. Arnaldus unus, profecto fuit ex uiris aui huius illustrioribus; Ecclesiae suam praestauit operam in Calvinianis Catholicum bellum gerens, orthodoxumque Eucharistiae dogma defendens, uixit, obitque in Ecclesiae communionem, & in omni-moda reuerentia erga Sanctam Sedem, quo procul du-bio multorum ejusdem meritum mercedem ei repen-disset; nisi profunda huius Sapientis Viri humilitas persuasisset ei, ut eminentiores Ecclesiae Dignitates detrectaret.

De Moliere, ceu impius, uixit, & ceu reprobus, diem obit supremum in Ecclesiae excommunicatione. Nihilotamen lectus delectus est de illustrium Virocum numero Arnaldus, in eoque de Moliere conuertitur. Ceterum letum mihi est, hac tibi, iuocanda meo cordi Matrone, scribere; hac enim ratione gratiam me tibi exhibeo pro tua erga me humanitate, qua ad me

(1) S. Matth. c. 5. (2) Lib. 4. de Confid. c. 4. (3) In 4. Sent. dist. 25. quest. 3. ar. 3. (4) Epist. ad Hebr. c. 5. v. 4. (5) P. 2. T. 3. c. 5. §. 4.

missi Libellos, qui nobis illa dicendi, quae usque adhuc exaravi, occasionem praeberunt. Interim iterum iterumque te me amare obsecro; sitque persuasum tibi velim, me plurimi te facere, suavissimoque amore diligere. Vale.

EPISTOLA SECUNDA.

Erudite cujusdam Matrone ad quandam ex Amicis suis data.

Plurimum habeo tibi gratiam pro tua diligentia, qua ad nos mittere soles nova Opuscula, quae nobis & instructionem adferre possunt, & delectationem. Accepi epistolam P. Alexandri datam, quae de Morali ejusdem Theologia agit, & de Declarationibus, quas publici juris fecit ipse Apologista. Cum unaquaque illorum, quae amicitia nobis devincta sunt, & cum Abbate... qui nostram christianam morum matrem, & Apollo est, de hac epistola communicavi, quae visa est nobis omnino falsa, & cujus Auctor sui miserationem in nobis omnibus excitavit. Videtur ipse condemnare agendi rationem, qua usus est Auctor difficultatum Illustrissimo Domino Archiepiscopo nostro in P. Alexandri Moralem Theologiam propositam; aut te quidem ipsa vitio non vertit, nisi ejusdem inurbanitatem, qua sum ille Libellum Praelato huic inscribens eum non est illa, qua debet, reverentia profectus. Non resistit Auctoris difficultatum illarum errores; imo contra ostendit, se eos adoptare, & defendere, licet eorum pars sit jam ab Ecclesia anathematizata, altera vero anathematizari mereatur. Hujus epistola Scriptori satis superque notus est, multam licet, ne agnoscatur, artem adhibeat. Eruditi omnes, qui Librum Dialogorum Cleandri, & Eudoxi legerunt, persuasum sibi habent, epistolam hanc esse ejusdem Auctoris. Articulum etiam de Ludis aleatoris versat, ut sibi occasionem adferat ducere appellandi Moralem P. Alexandri Theologiam. Sed Abbas noster nos certiores reddidit, eadem edocere P. Alexandrum, quae S. Antonius (1) cujus verba adfert: *Ludere quid modicum, ob recreationem, & moderate, non ex cupiditate, non videtur mortale. Quod in convivio vescendi causa ponitur, in eam rem familia ludere permittitur.* Id vero malam fidem Auctoris difficultatum, sicut & Auctoris Epistolae nobis palam monstravit. Si Moralia P. Alexandri dogmata quoad Ecclesiasticos ludentes, alioquin ludentes spectantes sunt aequo severiora; an non dolendum nobis est de sacris Canonibus, quos ipse loqui profectus, cum certis Christianae Moralis Clericalique vitae regulis, vitae clericalis, inquam, quae vita secularium hominum & edificatior esse debet, & sanctior? Quam circa rem Abbas noster cujusdam veteris Ecclesiae Patris Epistolam protulit, cujus textum in meo Commentariolo adnotavi, ne ejusdem obliviscerem, est autem S. Synesii Ptolemaidis Episcopi haec Epistola, in qua istud habetur: *Ecclesiasticum divinum esse hominem oportet, utpote qui ab omni ludo peraeque atque Deus ipse alienus, & inordinabilis esse debeat... & ad nullam voluptatem constringi, atque emoliri possit.* (2).

Epistola vero Auctori falso se se jaecat contra P. Alexandri Apologiam, ubi de aequivocationibus, restrictionibusque mentalibus, quarum Auctorem Respondi ad Provinciales Litteras vindicias dixisse affirmat. Hic insuper epistola Scriptori Dialogorum Auctorem, vel potius semetipsum excusat, dicens, non aequivocorum suspensio defensionem, sed proposuisse tantum, quae utrinque sunt, difficultates, & integrum reliquisse Lectori, ut suum ferret de illis iudicium. At hoc nobis nostra committere dignum visum est mendium. Enimvero an non est defensionem aequivocorum suscipere argumenta omnia colligere, quae ut a culpa progerentur, possint profecti? & specioso quodam verborum circuitu ad ea praefenda uti, quia illa illis solvendis vera impendatur? Si quis defensionem de Dei existentia hinc argumenta illam demonstrantia, illinc omnes Atheorum objectiones profertur confabretur; & nihil de his diluendis sollicitus, potius infirmas esse ostendat demonstrationes, quibus Theologi utuntur, ut Deum esse ostendant; dissertationis hujus Auctorem Atheismum favere, & ejusdem errore causam, an non merito dicemus? Si Medicus agroti medicinam, & insuper duas in duobus crateris portiones apponeret, quin vel ipsi agroti, vel illis qui famulantur, diceret, quae portionum illarum sit salutaris, quae vero lethalis, an non merito dicemus latorem illum esse veneni? Porro Auctor Respondi ad Litteras Provinciales dissertationem elaborans de aequivocationibus, & de restrictionibus

(1) P. 2. Tit. I. cap. 23. (2) Epist. 105.

mentalibus argumenta adfert, quae prohibendum esse eorum usum, probant; objecta inde proponit Consultarum laxiorum, quorum, ut inquisit illarum usum esse permissum, apologiam insinuat: his vero perolutis, non solum propositas objectiones non refellit, verum etiam responsa SS. Patrum, sapientiorumque Theologorum traducere conatur. Sic autem rem hanc qui versat, an non aequivocationum, restrictionumque mentalium defensionem suscipit? an non malitiosa sagacitate in causa est, ut dubitetur, an illa sint nendum licite, verum &, ut & ipse ait, pluribus in casibus necessaria? an non dubium invehit, utrum fuerit, vel ne, in illis condemnandis infallibilis Ecclesia? an denique potione non preparat, qua venenum praebet animabus? Auctor vero epistola in visum jocumque vertit P. Alexandri responsum objectioni datum de laeta ab historia Jacob, ceu praeripiens benedictionem, quam Isaac praeparaverat Esau, dum testatus est: *Ego sum primogenitus tuus Esau.* At quoniam hujus viri responsum illud ipsum est, quod prius dederat S. Augustinus, Theodoretus, S. Gregorius Magnus, & S. Thomas, Abbas noster, contemptum, injuriosaque verba, quibus epistola Auctor istiusmodi rejicit responsum, in nos SS. Patres reddere, nobis demonstravit. Nos autem interpretationem incautus 27. Genesios legitimus ex SS. Patribus, Ecclesiasticisque Scripturis explicatam; & ex ea invincibiliter intelleximus, P. Alexandri responsum, quod Auctor Anonymus Epistola, & Dialogorum deridit conatur, revera esse SS. Augustini, & Thomae responsum: intelleximus nimirum, Esau vendidisse primogenitum in lentis oleo, & non fuisse amplius primogenium secundum Dei iudicium. Quapropter Isaac ergo ad Jacob ait: *Tu es filius meus Esau?* & illi huic respondit: *Ego sum.* id est ego sum primogenitus tuus, propter hoc enim Isaac benedixit volens Esau, Jacob loquitur secundum veritatem eodem modo, quod ille, qui emisset agrum, quo usus antea fuisset primogenitus ejus, & cujus nomen habuisset, nonnulli verum diceret, si deinceps hujusce agrum & dominium sibi tribueret, & nomen. Praeterea omne id, quod hanc in re evenisse legitimus, ante Deum repta erat, & in spiritu Rebocae, cui vivam praesentemque futurarum rerum imaginem Deus ipse revelaverat. Porro si juxta SS. Patres extra dubium est, illius rei nomen imaginis tribui, cujus imago est, quin veritas ullo modo legetur? Si Sacra insuper Littera jam prius Jacob visum simplicem, sine mendacio nimirum, & sine dolo vocaverant, non est profecto, quod in illis, qui Sanctus hic Vir in tanti momenti negotio egit, aliquid fictitious, vel doli inventi putemus; sed omne id, quod factum legitimus, ceu vivam profunditatis, veritatisque nostrorum mysteriarum Imaginem nobis represententem oportet. Porro postea etiam, quod S. Augustini hujuscemodi interpretatio non sit, potest esse ea in risum, & jocum verti; sicut fieri videmus ab Auctore Epistolae, vel ab Auctore Dialogorum Cleandri, & Eudoxi; quin, qui istud facit, a iudicio inopem, & a recto rerum sensu desertum se esse ostendat? Denique nobis Abbas noster demonstravit, P. Alexandrum, posteaquam a mendacio, & a dolo Jacob purgaverat, addidisse, praestantes quosdam Theologos putare, mendacium vere illum confitenti; sed, hac opinione admitta, Priscillianismi, Defensorumque mendacii, aut aequivocationum nullum posse per se argumentum inde desumere, utpote quia in Sacris Litteris duntaxat narratur factum, non vero illud imitandum proponitur. Id omne autem malitiose reticuit Dialogorum, & Epistolae Auctorem. Nec certe romachari nos potuimus, dum injurias legitimus, quas de Viro hoc ausus est ille effutire: *Notum est, inquit, cui P. Alexandri aequivoca oppugnant assentari, & cui illudere voluerit.* Abbas enim noster, quum multo tempore fuerit Litteris Parisiorum moratus, funditus P. Alexandrum novem: ejusque attentione plurima Opera legerit, nos certiores reddidit, Doctorem hunc, dum mendacia, & aequivoca oppugnavit, nonnulli veritatis favisse, unumque odissi semper erorem; testatque insuper est, eum hominem esse a Mundi consorcio, & ab omnibus tricis, nequeque familiaribus longe alienum; utpote qui solitudinis amarissimum nonnulli perarato domo egrediretur, nunquam ad aliorum vides invisendi gratia perit nisi quatenus necessitas posset, vel urbanitas, quod hoc humanitatis officium tenet, aut quater in anno reddat quibusdam Episcopis nostris, duobus, tribusve praesentibus Viris, qui eum propria existimatione, benevolentiaque dignantur, & Religiosis aliquibus, qui Amici ejus sunt. Si cui unquam est blanditus; certe, Abbas ait, magis blanditus

us est Jesuitis, quam Portus-Regii Academicis, cum quibus nullam necessitudinem, nullamque connexionem habuit. Pepercit Jesuitis, quandocumque de illis loqui ei occurrir; & quanti Societatem eorum semper existimaverit, in multis suorum Operum locis testatus est: cujus rei non pauca nobis argumenta Abbas protulit ex ejus Ecclesiastica Historia desumpta, eaque nobis explicavit. E contrario in illos, qui Jansenismi doctrinam a mare adhaerant, ita se adversarium intendit, ut fuerit pluribus sapientibus Viris visus, quam quod opus fuerit, austerior. Non est satis fuit quinque Jansenii propositiones ab Ecclesia damnatas refellere; eas insuper Janseniana haeresi notavit, & lethalis peccati illos reos esse statuit, qui formulae a Sancta Sede praescripta subscribere pervechier negant. Et tu libenter fateberis, ingenium hujusmodi, hancque agendi rationem non illius hominis esse, qui gratiam illorum, quibus Jansenismus affectato placet, occupare exoptet. Evulgavit Theologiam Dogmaticam & Moralem, errores laxioris Moralis a Facultatibus Parisiensis, & Lovaniensis, a Gallicanis Episcopis, a Summis Pontificibus Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatos resellit: idque praestans nonnulli ab Ecclesia utilitatem, & saluificationem, Ecclesiasticorumque instructionem respexit. Constatit erroris, quia auctores eorum nominatim indicaret, illosque Jesuitis non adjudicavit, & ne minimum quidem asperum, durumque verbum in istos pronuntiavit. Nihil tamen fecit Jesuitae in ejus Moralem Theologiam intusferentem, nihilque reliquerunt, relinquit nihil, ut eam tradant. Bellum Doctori huic denunciavit, qui semper Societatem eorum in honore habere professus est. Hoc porro an non est odio habere fratrem suum, & occasione omnesque praetextus arripere ferendi cum amico suo diffidum? P. Alexander, Epistola Auctori ait, *falsissimum Moralem arboris se se dicere.* Imaginaria factio. Jesuita, qui a recenti SS. Domini nostri Innocentii Papae XII. decreto in veteris confirmatione edito se fer obatos norunt jure illo, quod sibi vindicare consueverant, Jansenitarum nomine notandi omnes Gratiae videlicet Jesu Christi Defensores, *falsissimum arboris, Moralis* appellat eorum omnem Episcoporum, Doctorum, aliorumque omnium Ordinum Theologorum, qui laxiorem Moralem Theologiam oppugnant, quique sanam Jesu Christi doctrinam & tradunt, & praedicant, & tuerunt. At qui temerarium magis, quid magis scandalosum, quid Sanctae Apostolicae Sedi, Episcopis Apostolorum Successoribus, & celeberrimis Facultatibus magis injuriosum? Conatur proculdubio de Theologos compellere, ut in Moralis laxioris partes descendant, per vulgiora tradendo illos, qui Sanctarum Scripturarum, Ecclesiae Patrum, Sacrorum Canonum, Doctorum denique Angelici moralia dogmata defendunt, ceu homines devotos cuidam *falsissimum*, quae nunquam tamen existit, nisi in vacua Auctoris Epistola, eique simulum hominum imaginatione. At vero non sunt unquam Deus, hujuscemodi Jesuitarum consilium futurum esse efficacem. Jesus Christus enim usque ad saeculi consummationem Ecclesiam suam, suaeque Doctrinae veritatem ipsemet tuebitur; &, ut eam pie, ac magnanimitate ab hostibus vindicet, Divino suo auctu Doctorum mentes concitabit. Praedicatorum Ordo, Abbas noster addidit, ceu sibi propriam hereditatem, Gratiae, & Jesu Christi Moralis defensionem habet; idque in causa est, cur Jesuitae in hunc doctorum hominum Coetum majori, quam amulationis, affectu exagitantur. P. Alexander nullo prorsus modo eos unquam asperere incedit; quinimo eis praeferendi plurimum semper adhibuit studium. Non delectatur contestationibus, utpote quae Ecclesiae Spiritus non suggerit. Adversarii vero ipsius animi moderatorem putant esse infirmationem. Spem tamen suam in sua causa merito locatam tenent, quod semper defensores inveniet. Estque persuasum mihi, Jesuitarum in Moralem ejusdem Theologiam forem id unum efficere posse, ut optima illa, Ecclesiaeque perutilis ab omnibus judicetur. Ratio, quae ipsa fuit ab eruditis Viris accepta, ejus distractio, quae parvo temporis spatio contigit, nova editio, quae jam in magnis voluminibus Coloniae praesentur, approbat, quae Episcopos nostrates ipsius lectionem Ecclesiasticis suarum Diocessum Viris commendans, honore, quem ei Summus Pontifex illam & legens, & magni faciens tribuit, sicut per litteras ex Urbe accepit, possunt perficere, solatiumque ei praebere de eo quod auster, severaque moralia dogmata quum docuerit, in Jesuitarum incidenti ostentiam. Ceterum P. Alexander illud ipsum in Theologia Dogmatica, & Morali egit, quod in quadam solus Dogmatica parte jam faceret P. Petavius; Divinarum nempe

Scripturarum, Sanctorum Patrum, Sacrorumque Canonum testimonis christianas veritates, quae ad fidem pertinent, & ad mores, demonstravit; quod quidem meliori methodo, & minus fastidiosa ratione praestavit, quam praestaverat celebris ille Jesuita. P. Petavius tamen est magni nominis Theologus, & Alexander, si Auctori Epistolae, & Dialogorum Cleandri, & Eudoxi fidem praestamus, & magnus Collector, sed minimus Criticus; plurimum scribit, sed non meditatamultum, non multum ratiocinatur. Si vero Jesuitarum tunica indueretur, si capite quadratum pileum gestaret, RR. PP. maximi ejusdem Opera facerent, & ille esset primae classis Theologus. Si juxta benignioris Moralis praecipua ipse scripsisset, & in adferendis suarum doctrinarum testimonis non SS. Patres, non Canones, non Summorum Pontificum decreta, sed recentiores Societatis Casuistas adhibuisset, homo esset sapientissimus. At vero non Casuistarum istorum principia, sed intemeratae Christianae Religionis regulae illa sunt, quibus Moralis P. Alexandri Theologia & constat, & nititur, videlicet Ecclesiae Patrum, Canonum, & Decretalium Doctrina, quam Congregatio, quae nunc temporis Romae pro Clericorum reformatione coram Summo Pontifice habetur, consulere, & sequi profectus. Nec quae credant RR. PP., nos in eorum Societatem fere charitate, five eximiationis deesse; sicut P. Alexandri Apologiam Galumiantur, qui propositiones Verbo Dei scripto, & tradito contrarias, atque ab Ecclesia damnatas laxioris Moralis errores appellavit, improbitaque temeritate Auctoris cujusdam Libelli, cui titulus *Diffidat* &c. Christianam animi ingenuitatem profectus, & proprio res appellamus nomine. Charitatem erga homines, in errores, odium habemus; & odium perfectum istud certe est. Enimvero Columba, quae Spiritus Sancti, & Charitatis symbolum est, licet se se omnino careat, rostro tamen donata est, quo & nidum suum, & suam prolem defendere queat. S. Hieronymus, alique SS. Patres suis in Apologiis demonstrant, concitantur, vehementerque loquendi rationem contra veritatis hostes non abhorre a charitate, quae lenis simul est, & aspera, lenis quidem corde, aspera autem verbis, quum de errore, vitioque debellando, atque de hominibus ab ipsorum aberrationibus revocandis agitur. In honore quod nos sunt PP. Jesuitae ob regularem ipsorum vivendi methodum; eorum vero doctrinam approbare nequimus. Sunt Pharisaei omnino oppositi. Honestae agunt vitam: sed de Gratia, & de Christiana morali doctrina praecipua tradunt. Si sese abstinere possent a novis in Christi Ecclesia excitandis contestationibus defendendo errorum damnatorum, aut damnabilium defensionem, nihil esset profecto amplius, quod eis objiceretur.

Interim ecce, jucunda mihi Matrone, Abbatis nostri animadvertiones in Epistolam, quam pro tua erga me humanitate ad me misisti. Praecata sum eum, ut eas haec animadvertiones in scriptis mihi consignaret, ut ipsas tibi possem accuratius praebere. Felix, faustaque tibi sit nunc inceptus annus. Epigramma ad te mitto (1), quod M... elaboravit, & hac prima anni die mihi dono dedit. Vale.

Epigramma de Gratia

Serene loco datum. Aeternus Pater Filio suo pro mercede nomen donat in annihilatione ejus gloriosissimum: Filius proprium dat sanguinem, ut crimina nostra abluat, & a nobis Divinam arceat vindictam. Hoc saluti Nomen praei veneremur: & pio animi affectu erga JESUM concipiamus; hujusque novi sanguinis memoria nos reddat Salvatoris amantes. Emmanuelis sanguis ex ejus venis profuse extractus cordis nostri sacrificium merito postulat, quod ei sine macula, & sine divisione offerre profecto debemus. Gratiae, & Charitatis lex tanta in nobis praepollat vi, ut legem destruat cupiditatis.

EPISTOLA TERTIA.

Erudite cujusdam Matrone cuidam alteri ex Amicis suis data.

Quum non mediocrem percipere solem voluptatem ex Novi Testamenti lectione, quae una nullo tempore novum creat; quatuor Evangelia ultimis huius temporibus perlegi ex receter in lucem edita a R. P. Bouthous Jesuita eorundem in Gallicanum interpretatione, etiam vices, quam P. Arnelotte Oratorii Presbyter elaboravit, & semel, quam in montis Nerviorum urbe confecta fuit, perlegimus. Erudite Amica nostra, nosque Abbas eadem, quo ego, tempore novam hanc interpretationem legerunt, & plu-

(1) Datus hoc Epigramma in Latinam traditionem solutam translatum.